Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Synonyma Ciceronis - Cod. Ettenheim-Münster 40

Cicero, Marcus Tullius

[S.l.], 1506

Anonymi Cochrus

urn:nbn:de:bsz:31-108148

Visual Library

C lxxx Antonius Codrus

Contra Nobiles sine Virtute

Sint tibi gallorum rex et regna penes
Et maneat virtus pectore nulla tuo
Non pluris faciam te quam tibi rustica mater
Si sit et ignarus rusticus ipse pater

Ad dormientes

Dormitis nimium glires vituliq marini
Non mirum est si nos crassa Minerva premit

Responsum dormientium

Nunc somni pingues nunc sunt pulcherima veris
Tempora qui dormit q velit ille sapit

Ad heliodorum

Si cupis ornari virtutibus heliodore
Vince animum et corpus discite stude et vigila

In feminas

Sydera quot habet celum nec plurima piscis
Quot scelerata gerit femina mente dolos

De Vita Beata

Ille beatus erit qui se virtutibus ornat
Sed qui se vitiis inquinat ille miser

In laudem Ciceronis

Romane ornavit gentis doctissimus orbem
Tullius ingenii nobilitate sui
Non habuit huic similem doctrine Grecia mater
Nec reperire parem lingua latina potest

Ad Alexandrum Manzolum

Si cupis ornatos hedera gestare capillos
Assiduo vatum scripta labore lege

De Vita Leta

Quid iuvat annosam et tristem producere vitam
Est melior certe si modo leta brevis

Ad Animum

Aetas quid prodest homini quid gloria vires
Pallida mors dura singula falce metit

Nam neq; Cantabis post ultima fata nec unq;
Iam laribus stygis dubia vina bibes

Nam que de veteri funduntur germina trunco
Sparguntur aeris brachia plena comis

De Mendaci Vita humana

Omnis homo mendax: inseruit mi terq; quaterq;
Qui dudum longo tempore scire nihil
Omnis homo mendax. cum pro re labores
Cedere tum perit gratia nomen honor
Oms homo mendax. queris promissa rogaui
Et dixit faciam, non tamen ille facit
Ois ho mendax. opulentu me fore quondam
Dixerat astrologus: predidit astrologus
Ois ho mendax iuvenem mihi nullus amator
Vergentem in senium nunc mihi nullus adest
Omnis ho mendax. qui se mihi dicit amicum
Non me sed pueros diligit ille meos

Omis hō mendax q pro me exponere vitaz
Iurarat / viso cominus hoste fugit
Omis hō mendax / Cras hic sestertia quinq3
Debita ait soluaz / nec tamen ille facit
Omis hō mendax quotiens Claretta daturā
Se mihi promisit / nec dedit illa tamē
Omis hō mendax / q me laudaūt in ora
A tergo longas porrigit auriculas
At diligeris multoq3 audiris honore:
Quid tum ? si mendax di omis homo
Historias omis et Curta poemata nosti
Quid tu ? si medax di omis homo
Et Causas rerū et rerū medicina calles
Quid tu ? si mendax di ois hō
Nil deest quid metuis mortalia ? nec ti deerit
Hesho : si medax di omis homo

Dum vivis sperare licet: sperare? quid autem
Sperem: si mendax dicitur omnis homo
Vah nihil ergo boni nil veri vita tenebit.
Nescio: si mendax dicitur omnis homo
Ergo et quam egisti facta est nostra gratia mendax
Forsan: si mendax dicitur omnis homo
In genere humano verax pro Iuppiter unus
Non est: aut fieri qua ratione potest.
Immo potest: bibat ille libens rebibatque merum se
Qui fieri verax cum ratione valet
Sed quis non bibit at rebibit bene Cocte libenter
Sit igitur verax dicitur omnis homo
Dicatur: et quare querulus paulo ante negabas.
Nescio / fortassis non biberam quod opus
Ergo alias quatenus sanis est potare memento
O rudis ad bacchi pocula / vera refers

Non ita: Aristoteles totum potare necesse est:
Si fieri verax cum ratione petis
Perdidimus Codrum iuvenes: que vera doretis
Credideram, video plurima vana loqui
Stulte quid exclamas: plus nos medicina Codri
Cum sale quam verum quod sine fruge iuvat

Humano melius nil sanguine colligere quam
Esse homini peius nil fermare potest

Epitaphium Tadee Nympho

Ad te que fueras decus admirabile nostri
temporis en iaceo pulchra Tadea rosa
At que me potuit dulci divellere vita
Non poterit famam mors vinare meam
Rebus in humanis, non vir, nec femina ponat
Spem certam: firmum sors nihil esse sinit

Ca lxxxi
Aliud

Quam minimum humanis fas sit confidere rebus
Quam properet tanto mors inopina gradu
Discat ab exemplo nostri quicumque superbit
Aetate et annis nota decore suo
En ego formosas inter numeranda puellas
Raptaque sub primo flore tacita tegor

G. RCCCI

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

gefördert durch Baden-Württemberg

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch
Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST